

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Rei rvsticae libri qvatvor**

**Heresbach, Conrad**

**[Spira Nemetum?, 1603**

Leges rei rvsticae, tam e sacris qvam prophanis scriptorivs, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-138693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138693)



L E G E S R E I  
R V S T I C A E,

T A M E S A C R I S Q V A M  
P R O P H A N I S S C R I P T O R I -  
B V S , A C I V R E C I V I L I P A S -  
s i m d e c r e p t a , c o r o n i d i s q u e  
v i c e a d i e c t a .

**A** G R I C V L T V R A *ab altissimo creatâ,*  
*ἡ γεωργική ἢ ὑψίστη κτισμένη. Syra-*  
*tides. 7.*

*Dominus dixit ad Adam, Quia audisti  
vocem mulieris, & comedisti de arbore, de  
qua precepi tibi dicens, Non comedes ex ea,  
Maledicta terra propter te, In dolore come-  
des ex ea omnibus diebus vita tua, Spinas &  
tribulos germinabit tibi & comedes herbas  
terra. IN SYDORE VULTVS TVI  
VESCERIS PANE TVO, donec re-  
uertaris in terram, de qua sumptus: Quia  
pulis es, & in puluerem reuertes. Gen. 3.  
Agri-*

*Agricultura aliarum artium parens atque altrix, qua neglecta, terra marique iacent omnia, γεωργικὴ τῶν ἄλλων τεχνῶν μητέρα καὶ τροφὸν εἶναι. Xenoph. Oeconom. Aristot. addit, non solum altricem sed precipuam etiam Reip. partem esse, Polit. 6. cap. 4.*

*Res Rustica consanguinea sapientie, Colum. 1. cap. 1.*

*Agriculturarum vita proximè ad sapientiam accedit, ut qua commercium habeat cum terra, que nunquam recusat imperium, nec unquam sine usura reddit, quod accipit. Cic. in Cat.*

*Acquirendarum facultatum, hoc est, γενεαληστείας, potissima ratio Agricultura. Aristot. Polit. 1. cap. 5.*

*Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est Agricultura melius, nihil uberiorius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. Cic. Off. 1.*

*Pius questus, minimèque inuidiosus, aut mala cogitans Agricultura. Cat. Re Rust. lib. 1.*

*Virum bonum cum laudabant, bonum agricolam, bonumque colonum predicabant, & amplissimè laudari existimatum. Idem.*

*Agrum benè colentes non minoris factos, quam*

GG quam

quàm bello excellentes. Xenophon. Oeconom.

Deos Agriculturae non minus quàm militi-  
tia praesidere. Xenoph.

Agricolae omnes actiones à Diis auspiciari  
oportet.  $\sigma\omega\upsilon\tau\epsilon\iota\varsigma$  θεοῖς ἀρχαῶν τῶν ἀγρῶν ἐπιτελεῖται, ὡς  
καὶ θεῶν κτελεῖται ὄντων. Xenophon. Oecon.

Primum quaerite regnum Dei & iustitiam  
eius, & omnia adiicientur vobis. Matt. 6.

Agricola eatenus ad rem augendam at-  
tentus sit, quatenus id Dey permittunt. Xe-  
noph. Oecon.

Omnia quaecunque volueritis ut faciant  
vobis homines sic & vos facite illis. Mat-  
th. 7. Hac Christi regula adeo placuit Alexan-  
dro Severo Imperatori, homini ethnico, ut in  
palatio & in publicis operibus inscribi iube-  
ret. Lamprid. in Alex.

Agricola suos studiosè colat agros, aliena  
non concudiscat. Cic. pro Rosc. Amer. & Cato  
de Re Rust.

Agricolam iustum esse oportet. Iustitia.  
Leg. Rust. l. 1.

Iustitia enim praevalet iniuria, iustisq; ter-  
ra fert copiosum victum.  $\delta\iota\kappa\eta$  δὲ ὑπερ ὕβερως  
ἵσται. Et mox,  $\delta\iota\kappa\alpha\iota\sigma\iota\varsigma$  μὲν Φέπει γαῖα πο-  
λὺν βίον &c. Hesiod. ἐργ. α. Astipulatur  
Xenophon in Oeconomico.

Et sibi,

Et sibi, & vicinis nasci, precantur religiosiores agricola. Columella. lib. II. c. ultimo.

Auspices, sagasque, quæ utraque genera vana superstitione rudes animos ad impensas, ac deinceps ad flagitia impellunt, vitabit Agricola. Columel. lib. I. cap. 8.

Qui malum cœmen incantauerit, frugesve excantarit, coercetor. LL. 12. Tab.

Incantatores vobis non sint. Dent. 18.

Malefici ac diuinatores, incantatoresque concremantor. l. 2. 3. & 4. C. de malef. & Math.

Ne frugem aratro quasitam nocte furtim depascunto. L. 12. Tab. Vide superius lib. I. exemplum de Furio Crescino. Est autem aduersus hoc delictum actio de pastu pecoris L. qui seruandarum §. ult. ff. de prescrip. verb. Et utilis actio ex lege Aquilia l. si boues ff. ad leg. Aquil.

Rustici non tam cœlum intueantur, quam terram, siderumque ipsorum terrestria dantur signa indubitata. Plin. 18. c. 4.

Agrum malè colere, Censorium probrum. Plin. lib. 18. cap. 3.

Rei Rustica partes in agro colendo & passione versantur.

Agriculturæ quatuor deinceps partes:

GG y i.in

1. in soli fundi cognitione, 2. qua in eo solo opus sunt. 3. qua in eo pradio colendi causa facienda. 4. qua quaeque tempore fieri conueniat. Varro de Re Rust. lib. 2. cap. 5.

Laudato ingentia rura, exiguum colito. Virgi. Georg. 1. μέγαν ἄρουρον: Et cum in aliis, tum in agris colendis modus optimus, ne videlicet maior, quam ratio calculi patiatur, ager vel ematur vel colatur. Col. lib. 1. cap. 3.

Ne villa fundum, neque fundus villam querat. Cat. Re Rust. cap. 3.

Imbecillio rem agrum, quam agricolam, esse decet, quoniam si sit colluctandum cum eo, si fundus proualeat, dominum allidi. Non enim dubium, quin minus reddat laxus ager, non ritè cultus, quam angustus eximie. Col. 1. cap. 3.

Faecundior culta exiguitas, quam magnitudo neglecta. Pallad. lib. 1. cap. 6.

Vtilissime agri coluntur ex oraculo, scilicet, malis bonis. Nam cum dicerent malos, intelligere voluerunt vilissimos, summum providentia existimantes, ut quam minimum esset impendij. Plin. 18. cap. 6.

Per suasum plurimis agrum bonis ac malis rationibus colendum. At ego, inquit Columella, omne genus ruris, nisi diligenti cura,

ac scite colatur, fructuosum esse non posse  
iudicem. Col. 4. 3.

Ager quamvis questuosus, si sumptuosus  
siet, non multum superesse. Cato. 1.

Modum tene, estimatis facultatibus tuis  
in assumptione cultura, ne superatis viribus  
excedente mensura, turpiter deserere cogaris,  
quod arroganter assumpsisti. Pallad. 1. cap. 6.

Certissimus questus, si ager bene pascat,  
proximus si mediocriter pascat, Catonis ora-  
culo: Summa omnium in hoc spectando fuit,  
ut fructus is maxime probaretur, qui quam  
minimo impendio constaturus esset. Plin. 18.  
cap. 5.

Agricola idè agrum venderi suum  
nolebat, quia ex eo nullum malum nun-  
cium audisset. Cic. pro Leg. Agrar. contra  
Rullum.

Non emendum agrum splendide cultum,  
sed potius iniuria domini neglectum, qui  
tamen melius coli possit. Ischo. apud Xenoph.  
Oeconom.

Alij non contemnendam aliorum disci-  
plinam, ac de bono domino melius emi. Cato.  
1. & Plin. 18. cap. 5.

Qui agrum colit grauem tributis, credi-  
torem patitur, cui sine spe absolutionis  
GG ij astri-

afstrictus est. Palladius. 1. cap. 6.

Arator nisi incuruus, prauaricatur. Vnde curuus arator Vergilio: ut enim sulcos proscindat arator rectus, & obliquus subigat, id fieri vix potest, nisi toto corpore incumbat labori. Vide Adag. 951.

Prima adolescentia patrem familias agrum statim conferere studere, adificare diu cogitare oportet, conferere, cogitare non oportet sed facere, ubi etas accesserit ad annos triginta sex, tum adificare oportet. Cato. 3.

In agro precipue spectandam salubritatem caeli, & ubertatem loci, Cato. 1. Col. addit aquae & vicini rationem.

Vbi salubritas non est, cultura aliud non est, quam alea domini vite ac rei familiaris. Et ubi cum orco ratio ponenda, ibi non modo fructuum perceptionem, sed & vitam colonorum dubiam esse, vel potius mortem quaestu certiozem. Varro de Re Rust. lib. 5. cap. 4. Col. 1. cap. 3.

Fundum sicuti ne fecundissimi quidem soli, cum sit insalubris, ita nec effati, si vel saluberrimus, Attilius suae etatis agricolis parandum suadebat. Col. 1. cap. 4.

Prædium rusticum bonum caelum habeat, ne calamitosum fiet, solum bonum sua virtute va-

videt. Si p  
videm spectes  
uifut, bonum  
vidam prope  
na. Cato. 5.

Via malitia

ueterfa. Palla

Via latitudo

im fedecim p

na. ff. de fern

in pedibus v

men eam lat

om tre post

ia. l. 23. ff. co

Servitutes

er, actus, vi

tu rusticor,

ter est vis

on etiam iur

um.

Actus est

veliculam. It

lobet, & qui a

tu corrungue

Squadu

fundum alien

red.



se valeat. Si poteris, sub radice montis fiet, meridiem spectet loco salubri. Operariorum copia fiet, bonumque ibi aquarium, oppidum validum prope fiet, aut mare, aut amnis, via bona. Cato. 5.

Via malitia aequè & voluptati & utilitati adversa. Pallad. 1. cap. 6.

Via latitudo in porrectum octo, in anfractum sedecim pedum esto. Lex 12. Tab. Cuius l. Via. ff. de seruitut. rust. præd. Via vel latior octo pedibus vel angustior constitui potest, ut tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire possit, alioqui iter erit, non via. Papi- nia. l. 23. ff. eo.

Seruitutes rusticorum prædiorum sunt iter, actus, via, aqueductus. Vlp. l. 1. ff. de seruitu. rusticor. præd.

Iter est vis eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi vel vehiculum.

Actus est vis agendi vel iumentum vel vehiculum. Itaque qui habet iter, actum non habet, & qui actum habet, iter quoque habet. Via utrunque complectitur.

Aqueductus est ius aqua ducenda per fundum alienum. Inst. de seruitut. rust. præd.

GG iiij. Quæ

*Qui habet pascendi ius, & haustum atque ad aquam appellendi, is & iter habet. l. 3. & 4. d. tit.*

*Tria in agro mala equè nocent, sterilitas, morbus, vicinus. Pallad. 5. cap. 6.*

*Vicinus malus, magnum malum. πῆμα κατὰς γείτων. Hesiod. Ergon. lib. 1.*

*In frugibus vicinus potius inuandus, quàm frater; at in iudicio potius frater. Cic. lib. 1. de offic.*

*Paterfamilias optimè habitare debet, ut frequentius rus veniat. Ca. 4. Col. 1. c. 4.*

*Aedes ad incolumitatem eorum, quae ponuntur, constituende, veluti frumenti, vestium, & instrumenti. Nam ad Orientem & Septentrionem constitutio salubrior, & ad conseruandum magis idonea. Arist. Polit. 7. c. 11. Vitruuius lib. 8.*

*Quò saepius venies, fundus melior erit. Xenoph. Oecon. & Aristot.*

*Ruri sic morandum, ut mora non sit segnis neque umbratilis. Nam diligentem decet esse patremfamilias, agri sui partes frequenter omni anni tempore circumire, quò prudentius naturã soli, siue in herbis siue in maturis frugibus cognoscat. Col. 1. 2. & ὁ δὲ τὸν ἐργὸς αἰὲρ πῆμα λησι καλίαν. Hesiod. Ergis.*

*Procul*

*Procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

*procul ab agro*

Procul ab agro suo disitus, vicinus iactura sua censetur. Nam si frequenter visat aut visurum se denunciât, villicum & familiam in officio continet. Col. 1. cap. 2.

Qui agrum parabit, domum vendat, ne malis urbanū, quàm rusticum larem colere; cui magis cordi urbanum fuerit domicilium, rustico prædio non erit opus. Magonis. Col. 1. cap. 1.

Ex agro semper plus sua cura redditur, quàm coloni. Columel. 1. cap. 7.

Non agendum cum colonis summo iure: Summum ius, summa crux. Col. 1. c. 7.

In agris longius disitis tolerabilius liberis colonis, quàm seruis colere. Colu. 1. c. 7.

Neque interim remissius agendum: Bona enim nomina non compellendo mala fieri. Colum. 1. cap. 7.

Opus auarius quàm pensio à colonis exigenda. Col. cap. 7. fol. 28. b. 5.

Feliciſſimum fundum, qui colonos indigenas habeat. Col. 1. ca. 7

Peiorem Colonum urbanum, qui per familiam mauult agrum quàm se colere, nam ab huiusmodi homine serè pro mercede litent reddi. Columel. 1. cap. 7

Nihil minus expedit, quàm agrum opti-

GG v mē

*mè colere Plin. lib. 18. 6. Ea figura dictū, qua,*

*Ne quid nimis.*

*Benè colere necessarium, optimè damno-*  
*sum, praterquam sobole sua colonoire pascen-*  
*dis. ibid.*

*Agricolationis caput est, fecisse quid-*  
*quid exegerit ratio. Col. 11. ca. 1.*

*Non omnis fert omnia tellus,*

*Hic segetes, illic veniunt felicitus vna. Virg.*  
*Georg. 1.*

*Facilius terra quàm hominis aut equi in-*  
*genium cognosci. Ischo. apud Xenop. Occo-*  
*nom.*

*Arare minus, quàm verrere, Censoria*  
*castigatio. Plin.*

*Oleam ne stringito nec verberato. Plin.*  
*15. cap. 13.*

*Locis frigidis vineta ponantur à meridie,*  
*calidis à septentrione, temperatis ab oriente,*  
*vel si necesse, ab occidente. Pal. 1. c. 6*

*Arbores, sicut & vites, è locis deterrimis*  
*ad meliora transferuntor. Pallad.*

*Ager campestris segetibus, collinus vineis,*  
*fyluis montanus melius conuenit. Varro. 1.*  
*cap. 6.*

*Campi largius vinum, colles nobilius fe-*  
*runt. Pallad. 1. cap. 6.*

*Vineam*

Vineam in agro questuosissimam iudicat, eique primas tribuit Cato, secundas, horto irriguo, tertias, saliceto, quartas, oliucto, quintas, prato, sextas, campo frumentario, septimas partes sylvæ ceduæ, 8. arbusto, 9. sylvæ glandiferæ. Varro tamen testatur hos gradus non ubique probari, ut neque apud nos, ubi frumentarius ager, atque piscibus utilis præfertur.

Sunt qui existiment, vineas sumptu fructus deuorare. Varro. lib. 1. 8.

Vitem si maturius putes, plura sarmenta, si serius fructus plures feres. Pallad. 1. cap. 6.

Exprobratio sæda, putantium vites, per imitationem cantus alitis, qui vocatur cuculus. Opprobrium enim meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, ut ob id petulantia sales etiam cum primo vere ludantur, auspicio tamen detestabilis habetur. Plin. lib. 18. c. 26. Petulantia sales vocat, quod vernis temporibus coniugati mutuis salibus inter se ludunt, dicentes, Tibi canit hæc avis, significantes, uxorem non bene custoditam. Chiliadibus 951.

Sapientis rustici reputare, num maiore fructu se vitis induerit, quam ut perferre possit. Colu. 4. 27.

Triti-

*Triticum* quò serius metitur, copiosius inuenitur, quò celerius verò, eò speciosus & robustius. Lex aptissima, antequam granum indurescat, & cum iam colorem traxerit, messem faciendam: Oraculum verò, biduo celerius potius quàm triduo serius. Plin. 18. 30.

Color terra non magnopere considerandus, quia bonitatis incertus auctor. Pallad. 1. cap. 6.

Ad soli naturam, & loci ingentum ac cœli cuiusque mores, dirigenda solertia. Plin. 17. cap. 2.

Idem solum, ubicunque arduum opere difficili cultu, bonis suis acrius pascit quàm vitis. Plin. 17. cap. 4.

Oraculum magnopere custodiendum, Segetem ne defruget. Plin. 18. ca. 24. Hoc est, ne nimia fertura exinaniat. Virgil. alternis cessare iubet.

In arando Catonis seruandum oraculum: primum, Agrum benè colere, Secundū, bene arare, Tertium, stercorare, Sulco vicino ne ares, Tempestiuè ares. Plin. 18. cap. 19.

Stercus in fundo maneat, non exportetur in alienum fundum. Varro.

In nouo genere seminum ante experimentum non est spes ponenda, locis humidis citius

entia, quā  
ade succurret  
vrem optimam  
primum pef  
mum, quo  
4.  
oras alias pl  
ur, religio  
vrum, cum a  
& comesse  
serendo m  
la. Plin. 18. c  
Oeconom.  
Canon anato  
idis nonis  
time serend  
Quamuis te  
uificatas lo  
am in horre  
1. 6.  
Sementem  
uper deciper  
Omne tritico  
mationem v  
1. cap. 6.  
Satus, minu  
cap. 6.

tius semina, quàm siccis degenerant, quare  
subinde succurret electio. Pallad. lib. 1. cap. 6.

Semen optimum anniculum, bimum de-  
terius, trimum pessimum, ultra sterile, id-  
que optimum, quod grauißimum. Plin. 18.  
cap. 24.

Terras aliàs plus seminis recipere, aliàs  
minus, religiosumque inde primum colonis  
augurium, cum auidius accipiat, esurire cre-  
ditur, & comesse semen. Plin. 18. cap. 24.

In serendo manus congruere debet cum  
gradu. Plin. 18. cap. 24. ὁμαλώς πίπτειν, Xe-  
noph. Oeconom.

Canon antiquissimus agricultura. In locis  
frigidis nouissimè, tepidis celerius, calidis  
ocysimè serendum. Columella. 2. cap. 7.

Quamuis temperatis agris serendū sit, ta-  
men si siccitas longa est, semina tutius in agris,  
quàm in horreis seruabuntur. Pallad. lib. 1.  
cap. 6.

Sementem festinatam sæpe, serotinam  
semper decipere. Plin. 18. 24.

Omne triticum in solo vliginoso post ter-  
tiam sationem in siliginem permutatur. Pal-  
lad. 1. cap. 6.

Satius minus serere & melius arare. Plin.  
18. cap. 6.

Pru-

Prudentes agricole seruant, ut quinde-  
cim diebus prius, quàm bruma conficiatur,  
totidemque post eam confectam neque arent,  
neque vitem aut arborem putent. Colum. 2.  
cap. 8.

Domino vel colono consinia possidenti,  
qui fundum vel agrum suum locat, damnis  
suis ac litibus studet. Pallad. 1. cap. 6.

In agro periclitantur interiora, nisi colan-  
tur exteriora. Id. ib.

Possessionis quæ secundum naturam, pri-  
ma cura est agriculturæ. Arist. Oec. 1.

Pecuaria coniuncta est agriculturæ, ἡ πε-  
ρατινὴ συνήπιαι τῆ γεωργικῆ. Isch. apud  
Xenophon.

Vi in rusticatione, antiquissima ratio pa-  
scendi, eademque questuosissima, ita nulla  
regio, in qua frumentum gignitur, que non  
viti hominum, ita armentorum adiumento  
iuuetur: vnde etiam iumenta nomen accepe-  
re. Col. 6. ca. 1.

Possessio autē cōstat seruo, agro, & armētis  
ad colendū necessariis. Hesiodus id expressit:

Ὅλον μὲν περὶ τῆ, γυναικὰ τε βού τ'  
ἀποτῆα.

Equo si indigeat Agricola, hunc ager  
alit. Ischo. Xenophonticus.

In



In pastione, ut in agro colendo, semper utilius pauciora habere, eaque bene pascere, quam plura male pascere. Columella 1. cap. 3.

Bovum emendorum stipulationis veteribus observata forma: Illosce boves sanos esse, noxisque præstari. Cum emimus indomitos, sic: Illosce iuencos sanos rectè, deque pecore sano esse, noxisque præstari spondesne? Varro de Re Rust. lib. 2. cap. 5.

Pecoris antiqua emendi formula: Illasce oves, qua de re agitur, sanas rectè esse, uti pecus ouillum, quod rectè sanum est, extra lusciam surdam, minam. i. ventre glabro, neque de pecore morbofo esse, haberèque rectè licere, hac sic spondes? nec tamen grex dominum mutat, nisi eas adnumeretur. Varro eodem lib. cap. 2.

Porci parari emique solent sic: Illasce sues sanas esse, haberèque rectè licere, noxisque præstari, neque de pecore morbofo esse spondesne? Idem eodem libro capite 4.

Caprarum alia stipulatio, quod eas sanas nemo promittit. Ut Manilius scribit, sic stipulantur: Illas capras hodie rectè esse & bibere posse, haberèque rectè licere, hoc spondesne? Id. 2. ca. 3.

Equilia, bubulia, ouilia, porcilia bona be-  
reque

nèque edificata habeto, bonas praesepes, falsifcas habeant clatratas: Clatri pede distent, ita pabulum non reiicient. Cato. 4.

Canes in solitudine & deserta regione securitatem prebent à fructuum vastatione, à lupis pecora defendunt. Ischo. Xenophon.

Canes interdum clausos esse oportet, ut noctu vigilantiores & acriores sint. Cato 2. cap. 124.

De canum quoque sanitate & noxa stipulationes sunt eadem, quae in pecore, nisi quòd hic utiliter exceptum est: Alij precium faciunt in singula capita canum, alij ut casuli sequantur matrem, &c. Varro lib. 2. cap. 9.

Aediles aiunt: Qui iumenta vendunt, palam rectè dicant, quid in unoquoque eorum morbi vitiique sit, vitique optime ornata vendendi causa fuerint, ita emptoribus tradantur: Si quid ita factum non erit, de ornamentis restituendis in diebus 60. morbi autem vitiiue causa inemptis faciendis in 6. mensibus, vel quòd minores, cum venirent, fuerint, in anno iudicium dabimus. Quae de iumentorum sanitate dicta, de cetero quoque pecore omni venditores faciant. Vl. l. 38. ff. de edil. edict.

Deinde Aediles aiunt: Ne quis canem,

ver-

verrem, vel minorem aprum, lupum, vrsum  
pantheram, leonem, & generaliter, aliudque  
quod noceret animal, siue soluta sint, siue alli-  
gata, aut contineri vinculis, quò minus dam-  
num ferant, non possint, quã vulgò iter fiat,  
ita habuisse velit, vt cuiquam nocere dam-  
numque dare possit: Si aduersus ea factum, &  
homo liber ex eo perierit, solidi ducenti præ-  
stabuntur: Si nocitum, quantum bonum æ-  
quum iudici videbitur, condemnabitur. Cæ-  
terarum rerum quanti damnum datum, fa-  
ctumve sit, dupli. l. 40. d. tit. ff. de edil. edict.

Si quadrupes pauperiem fecerit, aduersus  
eum quadrupedis actio noxialis esto. L. 12.  
tab.

Si quadrupes pauperiem fecerit ex L. 12.  
tab. aut animal, quod nocuit, aut estimatio-  
nem noxiæ afferri. Vlp. l. 1. ff. Si quad. pau-  
fecerit.

Noxam caput sequi. l. ead. §. Et cum.

Domini diligentia bonos facit ministros.  
Nisi enim paterfamiliàs diligentia exempla  
præbuerit, frustra vicarios diligentes expe-  
ctabit. Aristot. Oeco.

Sub hero ignauo seruos, vel naturã bonos,  
nunquam sperandos. Isch. om. Xenoph.

Agrum pessimè mulctari, cuius Domi-

HH nus;

nus, quid in eo faciendum sit, non docet. Col.  
1. cap. 2.

Quaecunque per te ipsum prestare poteris,  
circa ea diligentiam adhibeto. Idem ibid.  
Exemplum est Cassia apud Gell.

Frons occipitio prior. Cato. 3. de Re Ru-  
stica.

Optimā stercorationem, vestigia domini,  
Lybicum dixisse, atque Equum obesum ac ni-  
tidum reddere oculum domini, Persam re-  
spondisse. Aristot. testatur Oecō. 1. cap. 6.

Opera, non impensa, cultura constat.  
Plut. lib. 18. cap. 6.

Temporis magna cura habenda, nam eius  
iactura irreparabilis. Col. 11. ca. 1.

Ruri, sicut in urbe, suis quaeque tempori-  
bus actiones occurrunt. Ischo. Xenō.

Res Rustica sic est: Si unam serō feceris,  
omnia opera serō facies. Cato 5.

Rem agrestem, insidiosissimam esse cun-  
ctanti, Hesiodus eleganter expressit:

Αἰεὶ δ' ἀμὲν ἑορῆτος ἀνὴρ ἀπαισι πῶλαιος.  
Col. 11. cap. 1.

Ferias consuetas seruato. Florentin.

Necessitas feriis caret. Pallad. 1. cap. 6.

Malum patrem familiās, quisquis inter-  
diu fecerit, quod noctu posset, nisi in tempesta-  
te cæli:

te cæli : Peiorem, qui profestis diebus egerit,  
quod feriatis deberet : Pestimum, qui sereno  
die sub tecto potius operaretur quàm in agro.  
Plinius libro. 18. cap. 6.

Aestimator nemo bonus, nisi peritus. Col.  
11. cap. 1.

Malè agitur cum Domino, quem villi-  
cus docet, Cato, Col. 11. cap. 1.

Ischomachus apud Xenophontem à Soëra-  
terogatus, An villicum institutum mercetur,  
an ipse instituat, Ego, inquit, instituo. Xe-  
noph. Oecon.

Eum, cui agri cura commissa, exemplum  
esse oportet omnium in agro degentium, ut  
revereantur magis, quàm pertimescant. Flo-  
rentin.

Villici & medici eadem ratio, ut in tem-  
pore curet. Ischom. Xenophon.

In Villico quatuor requiri, ut sit beneuo-  
lus, diligens, imperio apius, & iustus. Xeno-  
phon.

Villicus sit ab infantia rusticis operibus  
duratus & inspectus experimentis. Col. 1.  
cap. 8.

Ephemeridem habeat, quid quoque tem-  
pore faciendum. Florentin.

Parsimonia, optimum vectigal. Cice. pr.

HH y rado.

radoxis. Sera in fundo parsimonia. δελη δ' ἐν πιδμεν Φειδῶ. Hesiod. Ergis.

Agricolam non emacem sed vendacem esse oportet. Vendat boues vetulos, armenta reiuicula, oues reiuiculas, lanam, pelles, frumenta: non nisi necessaria comparet, eaque in tempore. Detur opera, ut qua possus ipse parare, ne emas. Cato 2.

Nequam esse agricolam, quisquis emeret, quod prestare ei fundus possit. Plin. 18. cap. 6.

Ignauum & sumptuosum esse, qui succidiam suspenderit in carnario potius à lanario, quàm è domestico fundo. Var.

Villicus non sit negociator. Negociatio enim auocat eum ab agri ac rustica rei cura, & negociatorem facit magis, nec vnquam finit eum cum rationibus domini paria facere, sed vbi eius memoratio exigitur, res pro nūmis ostenditur: Quare pecuniam domini neque in pecore neque in aliis rebus promercalibus occupet. Col.

Villicus sepius nummos, quàm librum domino afferat. Col. 1. cap. 8. è Cor. Celsi sententia.

Nihil impedit villicum esse illiteratum, modo sit tenacis memoria, quò minus ipse possit

rationes  
oliteri & in  
1. cap. 17.

Ambulator  
monat, nisi vi  
ne, sita in v

li. Cato 5. Ca  
quam Pophi

tas, nauqua  
villicus nequ  
do occupetur

rimus vobis  
uobitum e

set, ut q  
bulum hab

vo. 1. cap. 6.  
Vi plurim

na plus obe  
Nihil fructu  
reucia. Plin.

Primus on  
era cuncta

dat. Colum.  
In oper

q. 1.  
Somni &  
traque eni

possit rationes confingere. Col. ibid. Varro ta-  
men literis & humanitate imbutum ma-  
nult. I. cap. 17.

Ambulator esse non debet, nec egredi  
terminos, nisi ut addiscat aliquã culturam,  
& hoc, si ita in vicino est, ut citò remeare  
possit. Cato 5. Columella. I. cap. 8. Laudatur  
Aglas Psophidius, qui è prædio suo, quod  
colebat, nunquam egressus. Plinius 7. cap. 46.

Villicus neque venandi neque aucupandi  
studio occupetur. Col. xi. 1.

Primus cubitu surgat, alios excitet, postre-  
mus cubitum eat, prius villam videat, clausa  
ut fiet, utq; suo quisque loco cubet, iumenta  
pabulum habeant. Hesiod. in Ergis. Aristot.  
Oeco. I. cap. 6. Cato 5.

Vt plurimum prodest, peritè aliquid face-  
re, ita plus obest, perperam fecisse. Col.

Nihil fœdius agricolis quàm gesta rei pœ-  
nitentia. Plin. 17. c. 12.

Primus omnium vigilet, familiamq; ad  
opera cunctantem producat, ac strenuè præ-  
cedat. Colum. II. cap. 1.

In opere primus & ultimus. Col. II.  
cap. 1.

Somni & ebrietatis abstinens sit villicus,  
(vtraque enim sunt inimica diligentia) tum  
etiam

HH ij

etiam

etiam à Venereis amoribus auersus, quibus se  
semel se dederit, non aliud quidquam cogita-  
bit, quàm quod diligit. Col. 11. 1.

Villicus conuictum externum vitet. Co-  
lum. 11. ca. 1.

Inprimis hoc obtinendum, ne quid scire  
se putet, quod nesciat. Col. 1. ca. 8.

Ne villicus plus censeat se sapere quàm do-  
minum. Cato. 5.

Preciosissimum intelligere quengue, nesci-  
re se quod nesciat. Col. 11 ca. 1.

Disciplina bona vitior. Cato. 5.

Alieno abstineat. Idem ibid.

Ne crudelius cum subiectis aut submis-  
sus agat: semper honoret bonos & sedulos,  
parcat etiam minus probis, & ita temperet,  
ut magis reuerantur eius seueritatem, quàm  
ut scuitiam detestentur. Florentin. & Co-  
lumel.

Curandum magis, ne peccetur, quàm cum  
peccatur, serò puniatur. Xenophon pædia. 1.  
Colum. 11. ca. 1.

Operarij multa patientia & algoris &  
æstus, vel nudi, operi assuescendi. Xenophon  
Oeco.

Grania loca melius est mercenariis colere,  
quàm seruis. Varro. 1. ca. 17.

Nulla



Nulla amplior nequissimi hominis custodia, quàm quotidiana exercitatio, iuxta Catonis oraculum: Nihil agendo homines male agere discunt. Cato. Colum. 11. cap. 1. ἀρχὴ κατ'εργίας ἀρχή.

Operariorum copia sit pro ratione fundi. Cato. 1.

Ferrarij, lignarij, doliorum, cuparumque factores ad manus sunt, ne à labore solenni rusticos causa desiderandæ urbis auertat. Pallad.

Agrum coli ergastulis pessimum, ut quid quid agitur à desperantibus. Plin. 18. cap. 6. Ergastulis nempe damnatis in opus.

In rebus agrestibus maximè officia iuuenum, imperia senum congruunt. Pallad. 16.

Preferenda vnius agilis atque industria, quàm decem hominum negligens & tarda opera. Ischom. Xenoph. Col. 11. ca. 1.

Servos neque petulantes neque abiectos esse sinat. Aristot. Oeco. 1. ca. 5.

Litibus familia supersedeat. Cato. 5.

Si quis quid delinquat, pro noxa bono modo vindicet. Idem.

Familia ut bene sit, prouidero, ne algeat, ne esuriat. Cato 5.

Si seruus furtum faxit, noxamue nocuit,

HH iij sciencie

farto etiam domino, serui nomine actio noxialis esto: Dominus suo nomine non tenetur. Lex. 12. tab. At L. Aquilia Dominus suo nomine tenetur, non seruus. Cels. & Vlp. l. 2. de noxal. act.

Si familia furtum fecerit, potest dominus vel familiam dedere, vel tantum offerre, quantum si vnus liber furtum fecisset, & familiam retinere: idque intelligitur, si domino non conscio factum sit, nam sic suo nomine conueniri possit, & singulorum de familia. Vlp. l. 1. ff. si fam. furt. feciss. dic.

Seruis secundum merita, cibum, vestem, quietem, & castigationem verbo & opere prestare decet. Aristot. Oecon.

Tria sunt seruis tribuenda, opus, cibus, castigatio. Cibus sine castigatione & opere, petulantes reddit. Opus & castigatio sine cibo, violenta res est, & ἀδυσπασία μίσι. Aristot. Oeco. 1. cap. 5.

Idem Syracides precepit: pabulum, virga, & onus a sino, panis, disciplina & opus seruo. Syrac. 33.

Orium alit & incendit prauas cupiditates, sicut scriptum: Incrassatus est seruus & recalcitrauit. Deut. 33.

Cibum & potum salubriter apparari curat,

ret, atque vtiliter magis quàm delicatè. Colum. 1. ca. 8.

Vini vel nihil vel perpaucum dandum, cum vini potus etiam liberos ad insolentiam inflammet, & plurimis locis etiam ingenui eo abstineant. Arist. Oeco. 1. ca. 3.

Salubritati familiae consulat, aegrotos curet, non eiiciat. Idem lib. II. 1.

Præstat opere fatigatum seruum diem vnum aut alterum sub custode requiescere, quàm pressuræ nimio labore noxam contrahere, atque longo tempore cum iactura operum decumbere. Colum. II. 1.

Mancipia neque formidolosa neque animosa nimis habenda. Varro lib. 3. ca. 17. Et Aristot. Oecon.

Aediles aiunt: Qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quid morbi, vitii, ve cuique sit, quis fugitiuus erro ve sit, noxæ solutus non sit, eadèmq; omnia, cum ea mancipia veniunt, palam ac rectè pronuncient. Quod si aduersus ea venisset, quod eius nomine præstari oportere dicetur, emptori, omnibusque ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, vt id micipium redhibeatur. Si quid autem post venditionem traditionemque deterius opera emptoris, familia, procu-

HH v rato-

ratorisue eius, factum erit, siue quod ex eo post venditionem natum, acquisitum fuerit, & si quid aliud in venditione ei accesserit, siue quid ea ex re fructus prouenerit ad emptorem, ut ea omnia restituat. C. c. Vlt. l. i. ff. de adil. edict.

Ordine cum in aliis rebus tum in Agricultura nihil prestantius ac magis necessarium: ἐστὶ δ' ἔδδεν ἄτως εὐζηνσον ἔ τ καλὸν ἀνθρώποις ὡς ἢ τῆς. Xenoph. Oecon.

Cunus rei diligentiam in quadam navi Phœnicia idem se vidisse commemorat, ubi cuncta sic collocata, ut neque impedimento sint, neque indagatore indigeant: & proretam ita omnis loci gnarum, ut absens nosset, ubi quaeque res sita sit.

Vetus prouerbiū est, Paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeas, uti eo non posse, quia ignoretur, ubi proiectum iaceat, quod desideratur. Itaque in re familiari laboriosior est negligentia, quam diligentia. Colum. 12. cap. 2.

Supellex & instrumenta rustica suo quaque loco & ordine disposita in promptu sint, quoties vel promenda, vel requisita, vel locanda, exemplo Phœnicis nauigij. Xenoph. Aristot. Oecon. Varro. 1. cap. 22.

*Instrumenta & supellectilem rusticam oportet dominum habere scriptam in vrbe, & ruri villicum. Varro l. cap. 22.*

*Per ferias instrumentum rusticum, sine quo nullum opus confici potest, recognoscat, & saepe inspiciat ferramenta: nam frequens recognitio, nec impunitatis spem nec peccandi locum prabet. Col. II. cap. I.*

*Duplicia semper comparanda, ac subinde resecta custodienda, ne si quod in opera vitiatum fuerit, à vicino petendum: quia plus in operis seruorum auocandis, quam in precio rerum eiusmodi impenditur. Columella II. cap. I. Ex Hesiodo, δὲ δὲ τῶν ἀγρῶν, in Ergis.*

*Agricultores dum agros colunt, non licet vel personas ipsas, vel iumenta, vel instrumenta, aut quidquid ad agriculturam pertinet, inuadere aut capere. Si quis contrà fecerit, quadruplum restituat, & infamia notam incurrat. Authen. Agricultores. C. qua res pig. oblig. pos.*

*Vxor villicæ contubernalis assignanda, qua contineat eum, & in quibusdam adiuuet, rei familiaris dispēsatrix sedula, & prudens, οὐκ ἄρα. Xenoph. Oecon.*

*Mulier in hoc concessa, ut que sub recto  
sunt*

sunt, hoc est, *ἡ ἀλυσία*, curet instar apis in alucario, atque ideo corpus tenerius concessum.

Viri autem partes, ut qua foris sunt, *ἡ ἀσπίς*, curet, atque ideo concessum corpus durius. Idem ibid.

Viri officium, ut in domum comportet: Vxoris, ut seruet. Idem.

Vxoris munia, ut familiam alat atque vestiat, idq; utiliter & maturè magis quàm delicate. Idem.

Ancillis opera diuidat, lanam, linumq; seruet. Idem.

Mulierem fortem qui inuenit, de ultimis terris precium eius: Confidit in ea cor viri, lanam & linum quasiuit, & operata est consilio manuum suarum, facta quasi nauis institoris de longè apportans panem suum: de nocte surrexit, deditq; dimensum domesticis suis, &c. digiti eius apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suae à frigore, domestici eius vestiti sunt duplicibus &c. Prouerb. 31.

Si vir mulieris, & mulier viri partes peregerit, Deum, quem hoc non latet, ultorem sentiet, quòd functionem destinatam dese-

Geni. Idem

Hortus iuxta

Pellid. 1. 34.

Hortus quasi

seruet.

Nequam esse

indiligens est

Hortus, qui

percurrit

nam serendi

ap. 6.

Olerum fun

nes gran

veris, aut in

ingulos dies

linia. Legib

Cum ven

edere liceb

em proxi

ut saltem mi

rè Plato de

ut de fructi

stipulatur

Cum me

non colliges

ut. 23.

Qui sep

deseruerit. Idem Xenoph.

Hortus iuxta villam sit. Plin. 19. 4. Col.  
11. 3. Pallad. 1. 34.

Hortus quasi altera succidia. Cato 1. Ci-  
cer. Senect.

Nequam esse in domo matrem familiãs,  
ubi indiligens esset hortus. Plin. 19. c. 4.

Hortus, qui cælo clementi subiacet, & hu-  
more percurritur, propè est, vt liber sit, &  
nullam ferendi disciplinam requirat. Pallad.  
1. cap. 6.

Olerum furta Draconis lege apud Athe-  
nienses grauius punita. Fures aratri, aut vo-  
meris, aut ingorum, à tempore furti facti, per  
singulos dies pendunt duodecim pholas. Iu-  
stinia. Legib. Rust.

Cùm veneris in agrum proximi, vvas co-  
medere licebit, at non exportabis, & in sege-  
tem proximi, manu quidem decerpere licet,  
at falcem mittere non licet. Deut. 23. Idem  
ferè Plato de Legibus 8. peregrinis concedit,  
vt de fructibus edant. Iustinianus quoq; his  
astipulatur in Legib. Rust.

Cùm messueris, quod remanet in agro,  
non colliges, sed relinques pauperi. Leui-  
tic. 23.

Qui sepem in consinio ponet, terminum

ue

ne excedito, qui murum, pedem relinquit, qui domum, pedes duos, qui sepulchrum foueamve, quantum id profundum erit, qui puteum, passum: qui oliuam ficamve, pedes nouem, qui denique alias arbores plantabit, quinq, pedes ab alieno loco ponito: in controuersia de finibus, quinque pedum vsucapio nulla esto. L. 12. Tab. Plut. in Solone. Caius. l. vlt. ff. Fin. regund. Cic. de Leg. 1.

Quidquid solo alieno implantatur, inseritur, aut in edificatur, solo cedit, iuxta regulam, Superficiem subiecto solo cedere. Caius. l. vlt. ff. de superfic.

Eius arboris, que in alienum agrum impenderet, circuncidere ramos quindecim pedes altius à terra, ius esto vicino. L. 12. tab.

Si vicini arbor in terram meam presserit, vt in meum fundum radices egerit, meã effici arborem: rationem enim non permittere, vt alterius arbor intelligatur, quam cuius in fundum radices egerit: Et ideo prope consinium posita arbor, si etiam in vicinum fundum radices egerit, communis est. Caius l. Aded quidem §. vlt. ff. de acq. rerum do. & l. 1. ff. de arb. ced.

Recidere radices non licere, agere autem licebit, non esse ei ius, sicuti tignum immis-  
sum

LICERE  
in hiberno  
uas.  
Qua arbor e  
uendat, si per  
u, tunc quò n  
refugit, habet  
Arboris app  
tur. Vlp. l.  
Framentum  
is, cuius, oli  
m, non dubi  
ue, atque oli  
uidem.  
Glandem  
it, quomin  
ut, vim sic  
mes fructu  
n continent  
e leg. & Cai  
le verb. signi  
Qui arbor  
u tanquam  
tam ff. Arb.  
Furtum qu  
tendis cau  
esse, &  
rebitur.



sum habere. Paul. l. Si plures ff. Arbor. furt. cas.

Que arbor ex adibus tuis in ades illius impendet, si per te stat, quominus eam adimas, tunc quod minus illi eam arborem adimere sibi habere liceat, vim fieri vetat pretor. Arboris appellatione etiam vites continentur. Vlp. l. i. ff. de arb. cadend.

Frumentum, vinum, oleum, ex alienis speciebus, vis, oliuis excussum, atque expressum, non dubium, quin eius sit, cuius spica, vna, atque olina fuerunt. Caius. d. l. Adeo quidem.

Glandem, que ex illius agro in tuum cadit, quo minus illi tertio quoquo die legere liceat, vim fieri vetat pretor. Glandis nomine omnes fructus, poma, pyra, nuces, apodova, etc. continentur. T. 12. tab Vlp. l. i. ff. de glande leg. & Caius. l. Qui venenum §. vltim. ff. de verb. significat.

Qui arbores, maximè vites, caciderint, eos tanquam latrones puniri. Caius. l. Scindendum ff. Arb. fur. cas.

Furtim qui arbores caciderit, & lucri faciendi causa contrectauerit, si lignorum causa, & conditione & ad exhibendum tenebitur. Si per vim, scient domina cecidit,

caecidit, non incidit in hanc actionem. Paul.  
l. Facienda. ff. eo.

Si colonus sit, qui ceciderit arbores, etiam  
ex locato cum eo agi posse. Caius. l. Si colonus.  
ff. eo.

Terminos arborésve terminales non mo-  
ueto. Deut. 19.

Maledictus, qui transfert terminos. Pro-  
uerb. 22. Plato de LL. 8. μή κλέψτω τις ὄ-  
ρια, μηδέ τις λίθον ἢ ἐξ ἄλλου Φιλίαν καὶ ἔχθραν  
ἐνόρκον ἀλλὰ θεῶν.

Vicinorum fines non transgreditor, neque  
interueniito. Iustinian. Imperat. l. 1. de Leg.  
Geor.

Finium regundorum iudici permittitur,  
ut ubi non possit dirimere fines, adiudicatio-  
ne controuersiam finiat. Vlp. l. 2. ff. Finium  
regund.

Ad officium iudicis de finibus cognoscentis  
pertinet, mensores mittere & per eos dirime-  
re, ipsam finium regundorum questionem,  
ut aequum est, si ita res exigit, oculis quoque  
suis, subiectis locis. Vlp. l. Si eruptione. §. Ulti-  
mo. ff. Finium regund.

BRE-